

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE OSMA

---

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

---

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII.

ALLOCVTIO

HABITA IN CONSISTORIO

DIE XXX. IVNII AN. MDCCCLXXXIX.

---

VENERABILES FRATRES.

Quod nuper, cum Vos hoc ipso in loco alloqueremur, novas easque graviores iniurias contra Ecclesiam romanumque Pontificatum comparari in hac alma Urbe diximus, id plane est, summo cum animi Nostri dolore omniumque bonorum offensione, patratum.—De qua re convocari Vos extra ordinem iussimus, ut liceat promere in medium, quo Nos modo affecerit indigne factum, itemque libere, uti par est, in conspectu vestro tantum nefas exsecrari.

Post conversionem rerum italicarum, romanæque expugnationem urbis, vidimus profecto religionem sanctissimam Sedemque Apostolicam longa iniuriarum serie violari.—Sed pravæ hominum sectæ acriter ad peiora, nondum concessa, tendunt. Obstinavere animis principi catholici nominis urbi omnis profani moris impietatisque imponere principatum: atque huc flammæ invidiæ undique collectas admovent, ut hanc Ecclesiæ catholicæ velut arcem adorti, opportunus moliantur ipsum lapidem angularem, quo illa nititur, funditus, si fieri posset, evertere. Revera, quasi non satis ruinarum tot iam



annos edidissent, en semetipsos cōnati audacia vincere, uno ex sanctissimis anni christiani diebus; monumentum statuunt in publico, quo contumax in Ecclesiam spiritus posteritati commendetur; simulque doceatur, capitale cum catholico nomine geri bellum placere.— Id velle, nominatim machinatores facti fautoresque præcipuos, res loquitur ipsa. Augent honoribus hominem dupliciter transfugam, hæreticum iudicio convictum, cuius usque ad extremum spiritum est provecta adversus Ecclesiam pertinacia. Imo his ipsis de causis ornandum censuere: neque enim in eo vera decora constat fuisse. Non singularem rerum scientiam: sua quippe ipsum scripta *pantheismi* arguunt turpisque *materialismi* sectatorem, vulgaribus implicatum erroribus, a semetipso non raro dissidentem. Non ornamenta virtutum, cum contra mores eius documento posteritati sint extremæ nequitiae corruptelæque, quo hominem possunt non domitæ cupiditates impellere. Non præclare facta, non egregia in rem publicam merita: suetæ illi artes, simulare, mētiri, sibi esse deditum uni, nec ferre si qui secus sentiret, adulari, abiecto animo pravoque ingenio. Honorum igitur, quos tali viro tantos habuerunt, ea vis, ea prope vox est, seorsum iam a doctrina divinitus tradita, seorsum a fide christiana vitam omnem institui, mentesque hominum a potestate Iesu Christi penitus vindicari oportere.—Quod plane idem est sectarum malarum consilium atque opus, quæ, quacumque vi possint, alienare a Deo contendunt totas civitates; et cum Ecclesia romanoque Pontificatu infinito odio atque ultima dimicatione configunt.—Quo autem et iniuria foret insignior et caussa notior, dedicationem fieri magno apparatu, maiore frequentia placuit. Multitudinem non exiguam sua intra mœnia undique accitam per eos dies Roma vidit: circumducta impudenter infesta religioni vexilla: quodque maxime horribile est, nec defuere signa cum simulacris *nequissimi*, qui subesse in cælis Altissimo recusavit, princeps seditiosorum, cunctarum instimulator perduellionum.—Scelesto facinore insolentia concionum scriptorumque addita, in quibus rerum maximarum sanctitati sine pudore, sine modo illuditur, vehementerque illa extollitur exlex cogitandi libertas, quæ pravaram opinionum fecunda procreatrix est, unaque cum moribus christianis fundamenta quatit disciplinæ societatisque civilis.

Tam triste autem opus longa præparatione curari, instrui, perficilicuit, non modo scientibus qui præsent, sed favorem atque incitamenta proluxe aperteque præbentibus.

Acerbum dictu, ac simile portenti est, ab hac alma urbe, in qua domicilium Vicarii sui Deus collocavit, rebellantis in Deum rationis humanæ manare præconium: atque unde incorrupta Evangelii præcepta et consilia salutis petere orbis terrarum consuevit, ibi, conversis inique rebus, nefarios errores ipsamque hæresim monumentis impune consecrari. Huc Nos traxere tempora, ut *abominationem desolationis* videremus *in loco sancto*.



In tanta indignitate rerum, quoniam christianæ reipublicæ regimen cum custodia tutelaque religionis commissum Nobis est, testamur, offensam contumelia Urbem, sanctitatemque fidei christianæ ignominiose violatam: universoque orbi catholico sacrilegum facinus, querendo indignandoque, denunciamus.

Verumtamen utilia documenta fas est ex iniuria capere.—Hinc enim magis magisque apparet, num quieverint, everso principatu civili, hostiles animi, an aliud expetant ut extremum, scilicet ipsam æquare solo sacram Pontificum auctoritatem, fidemque christianam ex stirpe delere.—Similiter eminet, num Nos in repetendis Apostolicæ Sedis iuribus humana aliqua re, an potius libertate apostolici muneris, dignitate Pontificis, atque ipsa rerum italicarum germana prosperitate moveamur.—Denique ex hoc ipso rerum eventu nimium nosse licet, quid valeant et quo ceciderint tam multa et ampla, quæ initio promittere ac spondere non dubitaverant. Obsequia enimvero omnisque venerationis officia, quibus romanum Pontificem honestari liberaliter se velle aiebant, iniuriæ contumeliæque gravissimæ sensim consecutæ sunt; quarum nunc maxima atque in omnium luce et conspectu mansura, impuri perditique hominis monumentum.—Hanc item Urbem, quam fore semper et gloriosam et tutam romani Pontificis sedem affirmabant, caput esse novæ impietatis volunt, ubi rationi humanæ, velut in divino fastigio positæ, cultus adhibeatur absurdus et procax.

Itaque reputate apud vos, Venerabiles Fratres, quænam Nobis in summo fungendo munere Apostolico, vel libertas vel dignitas relicta sit.—A metu et periculo ne persona quidem abest Nostra: nemo enim unus ignorat, quorsum conspirent quidve petant homines pessimarum partium; nec quisquam est quin videat, eos ipsos, secundis usos temporibus, et numero in dies et impudentia magis valere, decretumque habere non ante quiescere, quam res ad extremum casum perniciemque compulerint. Quod si in re, de qua conquerimur, una deterrente utilitatis causa, non tanta illis data licentia, ut prava sua consilia vi etiam manuque infesta persequerentur, nemo facile sibi suadere queat, non aliquando, opportunitatem nactus, ad id quodque sceleris esse venturos; maxime quod in eorum sumus potestate, qui nec verentur sic criminari Nos publice, quasi inimico atque infenso in Italicas res animo essemus.—Nec minus metuendum est, ne proiecta ad omne facinus audacia perditorum hominum inflammataeque libidines, non æque semper cœrceri possint et restingui, si forte tempora inciderint magis formidolosa et turbulenta, seu propter civiles turbas rerumque publicarum conversiones, seu propter motus calamitatesque bellorum.—Ita eo testatius apparet, quæ demum conditio teneat summum Ecclesiæ Caput, Pastorem et Magistrum catholici nominis.

Hac Nos profecto acerbitate ægritudinum et mole curarum, devexa præterea ut sumus ætate, pene fracti conficeremur, nisi erige-



geret animum viresque sustentaret quum exploratissima spes, fore nunquam ut Vicarium suum divina ope Christus destituat, tum conscientia officii, qua sancte monemur, eo Nos debere firmiter ad gubernacula Ecclesiae incumbere, quo saeviat in eam acrius errorum et cupiditatum ab inferis concitata procella.—Spem igitur et fiduciam omnem habemus in Deo sitam, cuius agitur caussa, confisi maxime deprecatione praesentissima, quam incenso animi studio imploramus, magnae Virginis, christiani populi Adiutricis, itemque beatorum Principum Apostolorum Petri et Pauli, quorum in tutela et praesidio alma haec Urbs feliciter semper conquievit.

Iamvero, quemadmodum vos, Venerabiles Fratres, dolores Nobiscum precesque ad Deum, conservatorem et vindicem Ecclesiae suae assidue consociatis, ita minime dubitamus, quin Venerabiles Fratres, per Italiam Episcopi, sint idem facturi constanter. atque adeo intentione cura et opera, prout temporum poscunt discrimina, populo quisque suo sint consulturi.—In hoc praecipue contendant hortamur, ut aperiant illis planeque declarent, quantae iniquitatis et perfidiae instituta a religionis iisdemque patriae hostibus sint ab perficiendum suscepta. Rem videlicet esse de summo verissimoque bono, quod fide catholica continetur; nihil hostes conari impensius, quam ut italas gentes ab ea fide divellere possint et abstrahere, cuius munere omnis generis gloria et prosperitate ipsae diutissime floruerunt; viris autem catholicis nefas omnino tantis periculis indormire vel leviter occurrere; sed esse oportere in sua fide profitenda animosos, in tuenda stabiles, alacres quoque et paratos ad quasvis iacturas, si res postulent, pro ipsa faciendas.—Quae quidem documenta et monita cives romanos propius attingunt, quippe quod eorum fides, ut palam est, in periculosiores quotidie offensiones callide adducatur. At ipsi vero, quanto amplius a Deo fidei beneficium, ex tanta cum hac Apostolica Sede vicinitate et coniunctione, se habere sciunt, tanto magis in ea perseverare meminerint, patribus illis maioribusque digni, quorum fidem praecleara toto orbe fama celebravit. Ipsi porro atque Itali omnes, omnesque ubique catholici, tum precibus tum omni piorum operum genere, ne cessent a Deo contendere, si iram suam, tot in Ecclesiam nefariis conviciis insanisque contentionibus provocatam, clementius remittat, et communibus bonorum votis, misericordiam, pacem, salutem eflagitantium, benignissime obsecundet.

## OBISPADO DE OSMA.

Varias veces hemos mandado que por los Sres. Párrocos y Ecónomos respectivos se exigiese el cumplimiento de aniversarios y otras piadosas, fundadas en sus respectivas parroquias; y aunque juzgamos que así lo habrán hecho, sabemos que no en pocas partes omiten ese cumplimiento las personas obligadas á él. Volvemos, pues,



á repetir el mandato así como tambien encargamos de nuevo que esas personas, si no quieren cumplir esas cargas, sean excitadas para que las rediman ante la Delegacion Diocesana, con arreglo al Convenio celebrado con Su Santidad. Si algun leguleyo supusiese que los aniversarios y fundaciones de que se trata, pueden prescribir, como se Nos ha referido que dijo alguna vez alguno, los Párrocos y demás, á quienes corresponda recordar á los fieles respectivos el estricto cumplimiento de esas obligaciones, les advertirán en su caso que para la prescripcion faltan los requisitos necesarios, y que la falta de ese cumplimiento, tan lejos de favorecerles para su provecho temporal, perjudica en gran manera para el espiritual, pues les hace incapaces de absolucion. No cesen los que están al frente de las parroquias de intimar á sus feligreses cuantas veces sea necesario, y como es de su estrecho deber, que descarguen sus conciencias, que para muchos están encalladas, y cumplan esas sagradas cargas, ó las rediman canónicamente, segun va dicho.

Burgo de Osma 22 de Julio de 1889.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

Tenemos noticia de que hay algun pueblo donde algunas personas ponen verjas, y lápidas con inscripciones ó sin ellas, en las sepulturas de sus difuntos, usando á su arbitrio del Campo Santo como si fuera una propiedad profana y suya. En vista de semejante abuso escandaloso, mandamos á los respectivos Párrocos y Económos que, bajo su más estrecha responsabilidad, hagan que desaparezcan dichas verjas y lápidas, cualesquiera que sean las personas que las hayan puesto, si para ello no han obtenido la debida licencia de la autoridad eclesiástica.

Burgo de Osma 22 de Julio de 1889.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

## CONFERENCIAS MORALES Y LITURGICAS

DEL

## OBISPADO DE OSMA

**Dia 9 de Mayo de 1889.**

CASO. *C. parochus, publicus concubinaris aut suspectus, de re admonitus, licet in vanum semel et iterum et tertio á Prælato, ut concubinam expelleret, aut mulierem, quæcumque sit, nec paret, nec abstinet se ab admi-*



*nistratione parœciæ et fructuum perceptione. Anxius tamen postea ad Pœnitentiæ Sacramentum accedit, et Confessarium interrogat quomodo se gerere debeat, et an suspensionem inciderit. Quid ipsi, et à quo absolvi potest C?*

SOLUCION. Respondebit in primis confessarius parochus C. ipsum vere ac sincere de præteritis peccatis condolere debere; aliunde vero concubinam aliamve suspectam mulierem à propria domo expellere teneri, tum ut Prælati monitis obtemperantem sese exhibeat, tum etiam propter periculum relapsus, in quo alioquin permaneret, ac proinde absolutionis beneficio indignus existeret: nec non teneri quoque scandala, si quæ ab ipso in parochia data fuere, omnino reparare. Secundo suscitanti respondebit nequaquam ipsum suspensionem incidisse, de qua loquitur Tridentinum sess. 25.<sup>a</sup> cap. 14 de Reform; etenim juxta omnium auctorum consensum, inter quos Engel, Covarruvias aliique canonistæ, censura hæc tantum est ferendæ sententiæ, quæ proinde minime *ipso facto* incurritur; quod idem pariter asserendum de parœciæ administratione ac fructuum perceptione; ad quas quidem incurrendas declaratoria requiritur sententia sui Episcopi, qui sine strepitu et figura judicii procedere potest, vel judicis competentis; et ita iudicare videtur Sanctum Concilium cum asserit vel statuit tertiam fructuum partem non à concubinario, sed ab ipsomet Episcopo esse adscribendam seu applicandam, sive Ecclesiæ sive alteri pio loco, ad ejusdem arbitrium: nec omittendum hanc eandem praxim communiter servari consuevisse apud Prælatorum tribunalia. Quare à quovis confessario approbato absolvi potest parochus prædictus C., dummodo rite dispositus ad sacramentum accedat, atque nullo modo inquietandus propter fructuum ac proventuum retentionem regimenque parœciæ, nam Prælati iteratæ monitiones non sunt habendæ uti sententiæ executionem pœnæ secum ferentes dum non sint nisi tantum monitiones.

### Dia 23 de Mayo.

CASO. *D. Sacerdos, à Prælato extraordinarius Confessor Monialium designatus, in Abbatisæ confessione audit, illum multis ab hinc annis, sciens suspensionem, de qua agitur, ex pigritia de professione novitiæ Episcopum certiores non fecisse nisi ante quindecim dies, quod quidem in suis confessionibus ex verecundia tacuit. Nunc autem de suarum confessionum validitate dubitat, an in suspensionem inciderit, et utrum Abbatisæ officio fungi possit. Quid ipsæ?*

SOLUCION. Sacerdos D. hanc Abbatisæ responsionem præbebit: ipsam non recte sese gessisse, cum obligationem à Tridentino eidem impositam voluntarie prætermiserit; sed haudquaquam incurrisse suspensionem ab eodem Concilio ses. 25.<sup>a</sup> cap. 17.<sup>o</sup> de Regularibus, inflictam; ideoque prosequi posse in sui muneris adimplentione. Hujus responsionis ratio in ipsismet Tridentini verbis fulcitur, nam Concilium illam suspensionem, (ut pœnam tantum, non ut censuram proprie dictam intellige) solummodo infligit in Abbatisam vel Præfectam, quæ nullatenus Episcopum de novitiæ professione certiores fecerit: *Quod si præfecta certiores Episcopum non fecerit, ait Concilium; hæc autem, de qua in casu, utique Episcopo notam fecit novitiæ professionem, etsi non quando ad hoc tenebatur. Cæterum, ex Tridentino illa pœna quamdiu Episcopo videbitur perdurare debet, sunt ipsissima ejus verba, ac proinde ad eandem incurrendam Prælati declaratoria sententia prorsus requiritur, juxta doctrinam alias in similibus casibus tra-*



ditam. Circa vero dubium de validitate confessionum præteritarum ob omissionem suæ culpæ in accusatione dicendum à confessario erit, quod si Abbatissa putabat revera graviter in hoc deliquisse, seu mortale censebat certiozem non facere Episcopum ante mensem, prout jubet Concilium, tunc abs dubio necesse erit omnes præteritas confessiones repetere, utpote nullas ob integritatis defectum; secus vero in alia hypothesisi, vel seclusa illa existimatione læthalis culpæ in tali omissione.

#### Dia 6 de Junio.

CASO. *E. Sacerdos, à Monialibus rogatus, ut Missam solemnem conventualem in festivitate de illius ordinis Beato celebraret, libenter anuens, cum jam paratus ad altare accederet, speciale esse missale animadvertit, in quo tantum erat missa propria illius Beati: et quamvis cum aliquo dubio, eam recitare incipit. Sed ecce, cum canon, licet non substantialiter, esset distinctum, Missale Romanum petit, et reasumpto canone, cujus partem jam recitaverat, cætera omnia de communi, ut in eodem Missale Romano, dixit. Quid de modo agendi E?*

SOLUCION. Agendi modus E. nequaquam consentaneus est præscriptionibus liturgicis. In casu vero privilegii, prout supponi debet, bene potuit Monialium precibus anuere, ac Missam de Beato illo recitare; sed hæc Missa ex Romano missali assumi debebat, vel propria vel communis, non autem ex ordinis speciali; quæ à sacerdotibus sæcularibus absque indulto speciali dici haud poterat. Tametsi sacrificium semel inceptum cum tali missali continuare potuisset, ne admirationis vel scandali occasionem fidelibus præberet, aliud ad altare deferre jubendo, excusandus tamen propter animi turbationem quam tulit, postquam distinctionem animadvertit, cum canon ille accidentaliter, non vero substantialiter à Romano discreparet, nec dubium illud hic et nunc deponi sine incommodo poterat.

#### Dia 21 de Junio.

CASO. *F. Episcopus in partibus, ex delegatione Apostolica curam regimen et administrationem gerens Diœcesis, quæ ex novissimo Concordato aliæ Diœcesi adjuncta fuerat, illa in pristinum statum restituta et ad eamdem à Gubernio presentatus F., præfatam administrationem prosecutus est usque dum Litteras Apostolicas de sua promotione accepit. Quid de casu?*

SOLUCION. Episcopus F. minime subjicitur interdicto in Const. Romanus Pontifex speciali modo Papæ reservato: quia ejusmodi interdictum, latum est tantum in Episcopos intrusos ad tuendum jus vicariorum capitularium; cum vero F. Episcopus ex Apostolica delegatione, ac proinde legitime, curam, regimen et administrationem prædictæ Diœcesis gereret, intrusionis reus, nec alieni juris violator haud damnandus, quamvis ante Litterarum Apostolicarum exhibitionem illam regeret Diœcesim: eo magis, quod nullatenus in eo ausus temerarius fuisse præsumitur. Nec obstat restitutio Diœcesis, nam in utroque ejus statu Delegatus Apostolicus existebat æque, ideoque nullo modo intrusus nec alienæ jurisdictionis usurpator existimandus F.

#### Dia 4 de Julio.

CASO. *Mandatum R. Pont. ægre ferentes Canonici cujusdam Ecclesiæ Cathedralis, illico, ut deliberarent, cum Episcopo coadunati sunt; et quidem*



*major Capituli pars R. Pont. enixe rogavit, ut mandatum revocaret, quia aliter non parebat et ad futurum universale concilium appellabat. At contra, Episcopus cum reliquis canonicis et mandatum reverenter acceperunt et appellationem reprobaverunt. Quid de casu? Incideruntne omnes etiam Episcopus in interdictum?*

SOLUCION. Omnino reprobandi ac durissime censurandi canonici illi R. P. mandato seu ordinationi non parentes, ac tale inobedientiæ vel rebellionis testimonium ostendentes, et præterea non solum conantes, sed, prout in casu exprimitur, appellationem exequentes. Cunctos itaque ferit atque attingit interdictum in Const. Apostolicæ Sedis latum et Papæ speciali modo reservatum, Episcopo dempto; quia in memorata Const. agitur de interdicto personali generali, alias inutile esset, quod quidem omnes prorsus amplectitur, capitulum seu communitatem, ut personam moralem, constituentes; quapropter etiam ejusmodi agendi rationem reprobantes, nec causam interdicto præbentes, hac censura ligantur vel pæna, quamvis dispar omnino sit utrorumque conditio vel status. Dico, Episcopo dempto; nam, etsi capituli pars ac caput censi debet et sit, tamen ex privilegio juris interdicto non ligatur, nisi in decreto censuræ specialiter exprimat, quod in allata Const. non contigit. Hæc omnia intellige, appellatione sequuta, quod casus videtur innuere, cum ab Episcopo et cum illo sentientibus asseritur reprobata; aliter vero affirmandum, si appellatio tantum fuerit intenta nec in praxim deducta.

### Dia 18 de Julio.

CASO. *Ex Synodalibus vel ex consuetudine in plerisque Ecclesiis parochialibus dicuntur vespere diebus saltem festis solemnioribus; sed cum multi parochi dicant, se in hoc ad legem chori observandam non teneri, diversimode agunt, scilicet; in altera ecclesia ultimo loco semper dicitur psalmus Laudate Dom. Omnes gentes: in altera tres tantum psalmi dicuntur: in altera non duplicantur ant.; et in omnibus commemorationes omittuntur. Quid de casibus? Aliqua saltem ex his tolerari possunt?*

SOLUCION. Indubium est parochos aliosque presbyteros ad speciales chori servandas leges minime teneri; verum adimplere coguntur leges generales seu rubricas recitationem horarum spectantes, quæ reperiuntur tam in Brevario quam in Missali Romano, nec non in Diocesis directorio. Procul igitur dubio consuetudines omnes vel diversi agendi modi in casu expositi, reprobandi omnino ac eliminandi, utpote rubricis contrarii, nec ullo modo aliqua ex his, quæ in eo exprimentur, tolerari quovis prætextu possunt.

DONATIVOS PARA SOCORRER LAS NECESIDADES DEL ROMANO PONTIFICE,

ó SEA

DINERO DE SAN PEDRO.

Reales. Cs.

Suma anterior. . . . 68.097 90

D. José Hidalgo, 100 reales.—D. Tirso Gutierrez, por Abril, Mayo





y Junio, 90.—D. Remigio Sanz, por id. id., 60.—D. Tomás Malmon-ge, 20.—D. Higinio Arroyo, 15.—D. Castor Martin, 12.—D. Manuel Martinez, 12.—El Colegio de la Inmaculada Concepcion de Aranda de Duero, 18.—D. Ignacio Barona, 12.

*Suma y sigue.* . . . . . 68.436 90

### Limosnas para los Santos Lugares de Jerusalem.

#### CUARTA REMESA.

	<u>Reales.</u>	<u>Cts.</u>
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	802	52
Varias señoras de Aranda de Duero. . . . .	32	»
D. Ignacio Barona. . . . .	28	»
Una limosna. . . . .	1	48

*Suma la cuarta remesa.* . . . . . 864 00

La expresada cantidad de 864 reales ha sido enviada al R. P. Comisario en Madrid, segun lo mandado por Su Santidad, para que la remita á Jerusalem.

### Suscripcion para extirpar en el Africa la esclavitud y el fetichismo, y convertir los infieles.

	<u>Ptas.</u>	<u>Cts.</u>
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	40	»
D. Manuel de Roa. . . . .	10	»
D. Julian Gratal. . . . .	5	»
D. José Hidalgo. . . . .	10	»
D. Pelayo Ruiz. . . . .	7	50
D. Eustaquio Marqués. . . . .	7	50
D. Miguel del Amo. . . . .	5	»
D. Nicolás Rivas. . . . .	5	»
D. Fernando Carro. . . . .	1	»
D. Félix Ibergallartu. . . . .	12	»
D. Domingo del Amo. . . . .	2	»
D. Juan Illana. . . . .	7	»
D. Juan Garcia Bellosillo. . . . .	5	»
D. Benito de la Rica. . . . .	7	»

*Suma y sigue.* . . . . . 124 »



## RECTIFICACION.

Al insertar en el número anterior del BOLETIN los nombres de los señores, pertenecientes á la Junta Diocesana, establecida para extirpar la esclavitud en el Africa, se omitieron involuntariamente los de los siguientes vocales: D. Juan Illana Zamora y D. Segundo Sainz, comerciantes en esta villa, y D. Regino Ortega, Beneficiado de esta Santa Iglesia Catedral.

## EL DOS DE MAYO DE 1808.

Daoiz y Velarde, capitanes de artillería, tienen erigidas estátuas á su memoria, pero no la tiene D. Jacinto Ruiz Mendoza, teniente capitan de infantería, y otro de los héroes del Dos de Mayo. A fin de erigírsela, se ha formado en Madrid una Junta, presidida por el General Sr. Martinez Campos, encargada de recaudar los fondos al efecto necesarios. Queda, pues, abierta en esta Secretaría de Cámara y Gobierno la suscripcion para dicho objeto por todo el mes de Agosto próximo, pasado el cual no se admitirá cantidad alguna.

Ilmo. y Rmo. Sr. Obispo, 5 pesetas y el importe del giro de todo lo que se recaude.—D. Manuel de Roa, 5.—D. Félix Ibergallartu, 10.—D. Regino Ortega, 2.—D. Pelayo Ruiz, 5.—D. Julian Gratal, 3.—D. Juan García, 2'50.—Sr. Trigueros, 1.—D. Pedro Ibañez, 2'50.—Total 36 pesetas.

## ANUNCIOS.

En casa del Maestro de Ceremonias de la Santa Iglesia Catedral, se venden rezos y Misas á 20 céntimos de peseta cada ejemplar de uno y otra de los *Siete Siervos Fundadores de la Orden de Servitas*. Se ha mandado rezar de ellos para el año de 1890.

Para facilitar al Clero libros baratos á fin de que pueda cumplir mejor con los deberes de su ministerio, se ha cuidado de traer á la Secretaria de Cámara y Gobierno de esta Diócesis, muchos ejemplares de la preciosa obrita del celebrado P. Mach, intitulada «Tesoro del Catequista,» de la cual no se puede hacer en pocas líneas el elogio que merece.

Es un tomo en 8.º, y cuesta cada ejemplar 13 reales y 34 céntimos de real, pues habiéndose encargado un número considerable de ejemplares, sale así el libro más barato que si cualquiera encargase un solo ejemplar.

A todos los que deseen obtenerle se le remitirá en la primera ocasion oportuna para que no les cueste mas que la expresada cantidad, enviándola asimismo del modo que mejor les convenga. No importa que se pidan los ejemplares que se quiera, pues en acabándose el número de ellos que existen en esta Secretaria, se encargarán



cuantos ejemplares sean necesarios, con tal que los pidan antes del día 20 de Agosto, porque es preciso fijar tiempo para evitar los inconvenientes que en otro caso resultarían, como desde luego se conoce. De los ejemplares del «Tesoro del Sacerdote» del mismo P. Mach, que se encargaron, hay todavía uno, décima edición.

## ÁLBUM DE LOS PAPAS.

**Magnífica edición de gran lujo, con las fotografías auténticas de todos los Séberanos Pontífices desde San Pedro hasta Leon XIII.**

EL ÁLBUM DE LOS PAPAS está lujosamente encuadernado, tiene la forma apaisada, mide 42 centímetros de ancho por 28 de alto. Contiene 258 biografías de todos los Padres Santos con sus retratos auténticos, una preciosa lámina fototípica, representando el triunfo de la santa Fé cristiana sobre las ruinas del Paganismo con la divina imágen del Divino Redentor; el retrato del autor, Cardenal J. Hergenroether; texto en español y francés y su índice alfabético.

A fin de que esta joya pueda ser adquirida por todas las clases se vende al contado y á plazos.—Un ejemplar vendido en Barcelona, al contado, 50 pesetas. En el resto de España, 52'50; pagaderos en dos plazos, 55 pesetas.

Los pedidos se harán al administrador D. R. Laplana, 29, Ronda de la Universidad, 29, 2.º; acompañados del importe total ó de su mitad en letra de fácil cobro.

Los señores sacerdotes, cualquiera que sea su jerarquía, tendrán una bonificación de un 10 por 100 y franqueo gratis, abonando 45 pesetas el ejemplar que podrán pagar en dos plazos, remitiendo 25 pesetas el primero y el resto á los treinta días de recibir el ejemplar. El pedido deberá ir acompañado del sello de la parroquia. Los que remitan el importe total, recibirán gratis, un ejemplar de los «Sermones escogidos de los manuscritos legados por el malogrado Arcipreste de esta Catedral, Puig y Esteve», en 4.º mayor francés, de más de 300 páginas.

Estas últimas condiciones se hacen extensivas á las Bibliotecas, Archivos, Centros católicos, escuelas, colegios, conventos y comunidades religiosas.

CARTAS DE UN «FILÓSOFO INTEGRISTA»

al Director de «**La Union Católica**»

POR D. J. M. ORTI Y LARA

*Catedrático de la Universidad de Madrid, y miembro de la Academia Romana de Santo Tomás de Aquino.*

En estas cartas se descubre y pone de manifiesto, con relacion á España, las huellas del racionalismo contemporáneo en los adeptos á la secta católico-liberal.

Se recomienda la adquisicion de dichas cartas, que juzgamos preciosas, y forman un volúmen de unas 300 páginas, juntamente con las notas que aclaran el texto de aquellas, las cuales van precedidas del retrato del autor y de un excelente prólogo del mismo. Precio tres pesetas.

Se venden en las principales librerías, en la Administracion de *El Siglo Futuro* y en la casa editorial, *calle de la Bolsa, núm. 10, pral., Madrid.*



DIVI THOMÆ AQUINATIS  
DOCTORIS ANGELICI  
SUMMA THEOLOGICA  
**accuratissime correctæ,**

QUAMPLURIMISQUE ANNOTATIONIBUS DILUCIDATA

*a Doctore*

D. D. NICETO ALONSO PERUJO, PBRO.

ALMÆ ECCLESIAE METROPOLITANÆ VALENTINÆ CANONICO DOCTORALI

**Editio prima valentina**

*Hodiernis scholarum necessitatibus acomodatum.*

Esta obra se compone de 12 tomos; y segun carta del editor ha rebajado el precio de ella á la cantidad de treinta pesetas, puesta en los Seminarios, siendo así que antes era de cuarenta y cinco pesetas.

Merece recomendacion dicha obra, no solo por ser la famosa Suma de Santo Tomás, por las notas que contiene, y por la belleza de la impresion, sino tambien por su baratura.

Se vende en Valencia casa editorial de Domenech y en las principales librerías.

## DE LA SAGRADA CONGREGACION DE INDULGENCIAS

Con fecha 16 de Marzo último Su Santidad ha concedido cien dias de Indulgencia, aplicables á los difuntos tambien, y que se pueden ganar una sola vez cada dia, á todos los que estén ordenados *in Sacris* y recen *corde saltem contrito et devote* la siguiente

### ORACION.

Domine Jesu Christe, sponse animæ meæ, deliciæ cordis mei, imo cor meum et anima mea, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut mihi des servare fidem a me Tibi solemniter datam in receptione Subdiaconatus. Ideo, ó dulcissime Jesu, abnegem omnem impietatem, sim semper alienus á carnalibus desideriis et terrenis concupiscentiis, quæ militant adversus animam, et castitatem, Te adjuvante, intemerate servem.

O Sanctissima et Immaculata Maria, virgo virginum et mater nostra amantissima, munda in dies cor meum et animam meam, impetra mihi timorem Domini et singularem mei diffidentiam.

Sancte Joseph, custos virginitatis Mariæ, custodi animam meam ab omni peccato.

Omnes sanctæ virgines, divinum agnum quocumque sequentes, estote mei peccatoris semper sollicitæ, ne cogitatione, verbo, aut opere delinquam, et a castissimo corde Jesu unquam discedam. Amen.